Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 1. Vtrum sanctissima Christi anima fuerit capax passionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

CAP. XIV.

De nonnullis dubiis circa Paſſionem Chriſti occurrentibus.

QVandoquidem Paſſio Saluatoris noſtri debet eſſe obiectum & materia, noſtrarum non meditationũ & orationum duntaxat; verùm etiam noſtrorum colloquiorum & diſcurſuum congruum omninò mali viſum fuit, & vtile praxi, præcedentibus capitulis præſens annectere, tùm, vt hac ratione ſubminiſtrarem materiam loquendi & diſcurrendi de laudabili adeò, ſummèque neceſſario ſubiecto, tùm etiam, vt ſuppeditarem occaſionem inueniendi alia documenta & myſteria ad eandem materiam ſpectantia.

Dubium Primum.

Vtrum ſanctiſſima Chriſti anima fuerit capax paſſionum.

S. Tho. 3. p. q. 15. art. 4. Reſponſio eſt affirmatiua, & de fide, ſicuti de fide eſt, animam eius fuiſſe paſsibilem in corpore paſsibili. Ratio eſt, quia ille affectus animæ, qui dicitur paſſio, non eſt malus, neque ex natura ſua dicit imperfectionem, etenim ſolùm certam quandam importat commotionem & paſſionem corporis, à qua nomen recipit paſſionis, non corporalis, ſed animalis: ergò poterat eſſe in Chriſto Quod deindè modum loquendi concernit, an

Vaſq. diſp. 34 ſect. 2. videlic. illi affectus animæ Chriſti abſolutè dici debeant Paſsiones, an verò cum aliquo adiuncto Propaſsiones, ex dictis liquidò conſtat & euidens eſt, illos abſolutè dici poſſe Paſsiones, eò quod abſolutè non dicant aliquam imperfectionem, quamuis alii, vt ſignificent paſsiones Chriſti nullâ ratione fuiſſe inordinatas, veluti noſtræ

Caiet. l. c. ſunt (quæ turbant rationem, præueniunt voluntatem, incli-

clinant ad malum) paſsiones Chriſti non appellent ab-
...iè paſsiones; ſed propaſsiones. Igitur in Chriſto
...te propriè paſsiones animæ, eiusque ſanctiſsima a-
...ma paſsionum capax fuit: eſto minimè ſubiecta fue-
...paſsionibus, quia non fuerunt in Chriſto neceſſariæ;
...d voluntariæ, & liberæ, ac ſine vlla prorſus imperfe-
...ione.

Dubium Secundum.

Vtrum in anima Chriſti fuerit paſsio triſtitiæ?

Reſponſio eſt affirmatiua & de fide. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Et probatur ratione D. Angeli, quia ſicut in Chriſto verus extitit dolor ex *læſiuo* mali; ita vera fuit triſtitia *ex læſiuo intentionali & apprehenſo.* Hæc triſtitia non tantùm fuit in appetitu ſenſitiuo Chriſti; verùm etiam in appetitu & voluntate rationali, vt ſic non corporis duntaxat, ſed etiam animæ paſsionibus Diuinæ ſatisfaceret iuſtitiæ pro peccatis noſtris. Aſt hîc noua exſurgit difficultas, quia gaudium beatificum animæ Chriſti, veluti infinitum, excludit omnem triſtitiam, ergò &c. Reſpondeo, triſtitiam & gaudium miraculosè ac virtute Diuinâ ſimul ſtare poſſe in eadem Chriſti voluntate, quia erant circa diuerſa obiecta: triſtitia quidem circa offenſam Dei; gaudium circa viſionem Dei. Quod ſi circa idem verſabantur obiectum, propter diuerſa motiua verſabantur; enimuerò triſtabatur ratione mortis ſuæ, vt eſt deſtructiua naturæ: gaudebat de eadem morte, vt erat glorificata Dei. Fuit igitur in Chriſto paſsio triſtitiæ, & cum ſummo gaudio ſumma etiam triſtitiæ.

Matth. 26.
q. 25. art. 6.
Suarez disp. 28. sect. 3.